

**D. DIONYSII // A RICKEL CARTHVSIANI, // de perfecto  
mundi contemptu, // ut pius ita utilissimus heptalo- // gus**

**Dionysius <der Kartäuser>**

**Coloniae, Nov. 1530**

Commemoratio horum, quæ ad turpium ac prauaru[m] delectationu[m],  
detestationem, ac fuga[m] inducu[n]t.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55472](#)

I AL  
ex verac  
E. Sial  
probadum  
estatur An  
ophamus,  
didit pim  
ossea cup  
us est. N  
e quam c  
a his qui  
ore sua ad  
Salomon  
istis: ex  
ceret: de  
epatione  
vestro  
od timet  
alamita  
, quando  
tia: tun  
pe confic  
cosam br  
ini non f  
neo. Don  
ialogor  
demon  
ritival  
liei hand  
de suis  
Mult  
llegare  
ufficere.  
uam in  
ac specie  
urum

DE CONVERS. PECC. Fo. 113.

uturnioris perseverare in vitijs. Certe, vt cerno,  
multi spe vanâ fallunt seipso. Et vtinam deus  
omnipotens oculo suâ pietatis immensæ immun  
dum & infectum cor meum aspiceret, ac vitio  
sos a me auferret affectus: ac ea quæ turpiter a  
mo, & quæ male oblectant, in fastidiū mihi con  
uerteret. SEN. Paulatim proficitur, & successi  
ue longius itur: & quia peccata tua tibi incipi  
unt displicere, inuoca dominum, & inuocare nō  
cesses. Fac quod in te est, acquiesce consilio, et ea  
quæ ad destationem turpium voluptatum indu  
cunt, attende. IV. Quæ nam sint hæc, præcor te,  
tange.

Commemoratio horum, quæ ad turpium  
ac prauarum delectationū, detestationem  
ac fugam inducunt.

Art. IIII.

SENIOR.

Vædam appetibilia reputātur, que  
tamen in fastidiū fugam ac odium  
conuertuntur: si bene considerentur,  
quæ ea cōcomitantur. Quemadmo  
dum delectat aliquē ire ad loca a  
mata; sed si loca illa sint raptoribus  
atque latronibus plena, tædet & horret eum ipsa  
accedere: sic voluptas carnis suo modo appeti  
bilis est, verum si ea consideres quæ eam sequun  
tur, abhorrebis eandem. IV. Quæ sunt illa? SE. Ad car  
Non solum æterna dñatio in futuro: sed & multi naliū de  
plex malum, tam culpæ quam poenæ in præsen  
ti. Nempe, vt scire potes, ad luxuriam vitia mul  
ta sequuntur, imo & propter eam plurima fiunt centia  
mala. Nonne ex luxuria oriuntur excæcatio men  
is, fastidium diuinorum, inquietudo & incôstan

Q tia

D. DION. CAR. DIAL

tia cordis, præcipitatio & inconsideratio me-  
tis, stultiloquia, ludicra, scurrilia, turpiloquia,  
sumptio facultatum, eneruatio virium, odia-  
tes, contentiones, diffamatio, immorigeratio.  
Deniq; quo maior est voluptas luxuria, &c  
plura ac grauiora ei annexa sunt vitia, coim-  
rabilior æternæ damnationis punitio eam co-  
quitur: sicut in Apocalypsi dominus loquitur.

Apocal. 18

Quantum glorificauit se, & in delitijs suis, p-  
tum date ei tormentum & luctum. Ecceq;  
breuis est delectatio fornicationis, sed perpe-  
titio pœna fornicatoris: ideo recte afferit Au-

Augustinus, Qui pro tam breui voluptate dat diez  
animam suam, pro qua Christus dedit sap-

Esa. 50 in mortem ac precium & fudit sanguinem  
stultissimus est: aut fatuum mercatorem re-  
Christum. Insuper, quemadmodum & phi-  
phi quidam egregij fassi sunt, in uitij car-  
xima est turpitudo & inhonestas: suntque  
illa prorsus brutalia atque vilissima, & b-

Innocentius, deteriorem efficiunt hominem. Ideo Innocen-

us recte dixit, O extrema libidinis turpitudi-  
non solum mentem effeminat, sed & cor-

neruat: non solum maculat animam, sed &  
dat personam. Omne nanque peccatum c-

cunque fecerit homo, extra corpus ipsius ex-  
autem fornicatur, peccat in corpus suum.

VENIS. Nonne delectatio illa est naturalis  
ab autore naturæ rationabiliter instituta?

Qñ libido pecca-  
tū est, & ut immista est actui coniugali, a recta vol-

te mananti. Sed annexa actui venereo, ap-

uersa voluntate diuino præcepto contraria pro-  
cedenti, est vitiosa. IV. Si displicet deo illegitti-  
mus concubitus, cur deus perficit eum, infunden-  
do animā fœtui ex concubitu tali concepto? SE.  
Actus ille, inq̄tum operatio potētiæ vegetatiuæ  
ac generatiuæ, a deo est: & complemētum ab eo  
sortitur, uidelicet formam seu animam rationa-  
lem, non autem inquantum est actus voluntatis  
peruersæ. IV. Nonne sapientissimus Salomon di-  
xit. Feci mihi cantatores & cantatrices, & deli-  
tias filiorum hominum: & omnia quæ desidera-  
uerunt oculi mei, nō negauit eis: nec prohibui cor-  
meū quin omni voluptate frueretur, & oblecta-  
ret se in his quæ paraueram. Itemq; Nonne me Ibide  
lius est, comedere & bibere, & condere animæ suæ  
bona de laboribus suis. Quis ita vorabit & de-  
litij affluet, ut ego? Et rursus. Lætare iuuenis in Eccles. ii.  
adolescentia tua, & in bono sit cor tuum, in die-  
bus iuuentutis tuæ, & ambula in vijs cordis tui.  
Ac iterum laudaui lētitiam: et q; non esset homi Eccles. 2.  
ni bonū sub sole, nisi q; comederet & hiberet at-  
q; gauderet, & hoc solum secum auferret de la-  
bore suo, in diebus vitæ, quos dedit ei deus sub so-  
le. SE. Ex libro quodam Salomonis iā allegasti,  
quæ lubricorū affectui magis deseruire & faue-  
re videntur: sed verba in eodem libro contēta, &  
omnī iniquorum ac lubricorum vanitatē, vo-  
luptatem, ac impietatem reprobantia, non ad-  
uertisti: aut ex proposito subticuisti. Noueris ergo Nota ad  
q; liber ille vocet Ecclesiastes, id est, cōcionator: mirabi ē  
quo in libro loquitur Salomon instar concio - solutionē  
natoris, in personis diuersorum, & ad partem v-  
tramq;: videlicet nunc in persona carnalium, iam  
in persona sapientum, virtuosorūq; hominum:

Q.      qd' etiam

D. DION. CAR. DIAL.

quod etiam ex ybis eius apertissime innotescit: Nam & autoritati, quam primo allegasti,

Eccles. 2. Quumque me conuertissem ad vniuersitatem mea, vidi in omnibus vanitatem & afflictionem animi, & nihil permanere sub sole. Petrus

Eodem cuncta autoritati adiecit, homini bono deditus sapientiam, & scientiam, & laetitiam: potiori autem dedit afflictionem, & curam super Eccles. 11. am. Tertiæ quoque autotitati mox addidit se, qd pro omnibus his adducet te deus in iustitiam. Aufer iram a corde tuo, & amore malorum a carne tua. Adolescentia enim & voluptuosa sunt. Præterea qd verba illa, lætare inuenient adolescentia tua, &c. non dixerit eo sensu quod legasti, constat ex hoc qd eodem loquitur ibidem.

Ibidem. Memento creatoris tui in diebus iuuentutis ante qd veniat tempus afflictionis tue: & apparet annus, de quibus dicas, Non mihi placet.

Ibidem. 8. Similiter quo sensu dixerat, laudauit lætitiam non esset bonum homini, nisi quod comedere biberet atque gauderet, elucescit ex eo, quod eodem codice dixit, Melius est ire ad domum

Ibidem. Etus, quam ad domum cœuiuj; in illa enim cunctorum ammonetur hominum, & iuuentus

Ibidem. 2. git at quid futuræ sit. Itemque, Dixi in corden vadam & effluam delitatis, & fruar bonis, &

Ibidem. di quod hoc quoque esset vanitas. Risum meum tui errorem, & gaudio dixi: Quid frustra deperis? Et denuo, Cor sapientum, ubi tristitia, &

Ibidem. 7. stultorum, ubi lætitia. Quod autem penitus virtuosaque vita non sint differenda, sed inde

Ibidem. 9. te ac iugiter exercenda, Salomon contestat. Quodcunqz, inquiens, potest facere manus tuae

stanter operare; quia nec opus, nec ratio, nec

pientia, nec scientia, erunt apud inferos. IVV.  
Obiectioribus meis sapienter, atque plenissime  
r̄ndisti: nisi quod ipse met Salomon delit̄js carnis  
se totum exposuit. SE. De hoc scriptura eum acri  
ter reprehendit. Imo ex vitio illo ad tantam de-  
uenit dementia, ut idola coluerit: ne suas contri-  
staret delitias. Ex hoc ergo nō datur hominibus  
licentia lasciuendi, sed cautela vivitandi. IV. Ec-  
ce David vir sanctus, pr̄ter sex uxores legitti-  
mas, legitur decem habuisse concubinas. Con-  
formiter in Genesi recitatur, quod Abraham si-  
l̄is concubinarum suarum largitus est munera. 2. Reg. 15  
Si ergo tales ac tanti viri, prophetæ, patriarchæ  
non solum plures habuerunt uxores, sed multas  
etiam concubinas: cur simplicem fornicationem  
in tantum condemnas? SE. Ad hæc tibi sequenti  
articulo respondebo.

Quā enorme crimen sit adulterium: & qua  
liter intelligēdum sit, quod aliqui sancti in  
veteri testamento, ac lege nature, leguntur  
concubinas habuisse.

Art. V.  
SENIOR.

 Vamuis actus coniugalis absq; pec Quo pa-  
caro fieri queat, dum in ipso non in cto actus  
tenditur voluptas: sed proles ad dei cōiugij si  
obsequium educanda, aut persolu- ne pecca-  
tio debiti carnis, vele uitatio incor- to, & nō  
tinentiae in cōthorali: multi tamen abutant̄ con raro cum  
nubio, et suas accedunt uxores: non maritjii, sed mortali  
adultetino affectu, hoc est, concupiscentiæ p̄dō p̄ctō fias  
minante: voluptatem querentes etiāri extra li-  
mites ipsius coniugij: qui in hoc peccant morta- Hieron.  
liter, quum sanctus dicat Hierony. Omnis ama-

Q ii ter